



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,  
Nvnqvam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

In Epistol. XLI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](#)

et genus vocari à Glosso. vet. m. s. restatur Sauaro) per cameram cashenasurgat, eleganter ostendit:

Perpetuo stat planta solo, sed fascea primos  
Sistitur ad digitos, retinacula bina cothurnis  
Mittit in aduersum vineto de fornice pollex,  
Quæ stringant crepidas: & concurrentibus anulis  
Vincorum pandas texant per crura catenas.

Meminit quoq; busmodifascearum, historia S. Eugenii:  
Constrictus ocreis crura, fasciolisq; plantas.

## IN EPISTOL. XLI.

*HENR. CAR. S. J. T. tomo. 1. S. I. V. Z. 4*

*fol. 90. v. 20.* D Amœtæ ) Fuisse hunc virum illustrē, domi militiæq; strenuum,  
pater etiam ex episc. 47. ubi hunc in exercitu Caroli M. Saxonis  
debellatur Iuri dicundo fuisse præfectum, liquet ex his: In diuersis  
auditu causarum, iustitia semper resonet in ore.  
25. Quot dentes ) Ne mireris, quod vir illustris Alcuino pessimum  
dono mittat. Certè Bonifacius Edelburgæ Regina pectinem  
eburneum auratum dono misit, ut patet ex episc. quam Henricus  
Huntindoniensis lib. 3. hisc. citat.

*fol. 91. v. 1.* Placare capillos) in m. s. virtuosè placere. Si quis occasionibus  
eburnei pectinis, dono missi à Damæta, velit colligere, temporibus  
Alcuini Clericos comam promississe; huic quo minus assentias facit Sidonius: qui episc. 24. lib. 4. habitum Clerici describit: Habitus viro, gradus, pudor, color, sermo religiosus. tum coma brevis,  
barba prolixa. Quod Alcuini aetate durasse credo. Sacerdotes comam  
non nutriuisse, patet ex Concilio Carthagin. 4. Can. 44. Clericus  
neq; comam nutriat, neq; barbam radat. Idem Eucherius hom.  
plurim. mart. ex decreto Niceti Papæ 23. distinct. cap. prohibet  
Isidorus l. 2. ca. 4. de offic. Ecclesiast. Epiphani heresi 80. & in Compendiario fidei Apostolica. Vide quæ notat Sauaro.  
5. In absentia longinquitate) Eisdem Damæta inscriptæ et  
subsequens episc. 47. & 51. in eodem itinere commoranti, ut apparat  
dum scilicet Carolum Magnum in Saxonem mouentem, comitatus Valde

Valde solitus sum, inquit Alcuin, episc. 47. de itinere profectionis in hostem, quia plurima solent in talibus euenire pericula rebus. Et paulo post. Dam ceta Saxoniam. In fine Carolo M. vitoriam precatur his verbis: Dauid dilectum suum, & vos omnes victores cum gaudio reducat.

## IN EPISTOL. XLIII.

F(ilius) Elici) Hic est, nifallor, Felix Hildebaldus Coloniensis Archiepiscopus, cuius industria (vt ait S. Ludgerus in episc. cap. 9. de canonizatione S. Suiberti ann. 804.) & pia instantia sanctus Leo V Verdani nauigauit, & sanctum Suuibertum in Santos tetulit, praesente Carolo Magno.

## IN EPISTOL. XLIV.

V idetur scripta ad Edilhardum, quem persecutus est Offa Reg. fol. 94.  
Merciorum, sedem Archiepisco patus, olim Cantuarie fundatam, in Lichefelda transferre conatus, ut inquit V Vil-  
lum. Malmesbur. li. 1. Reg. Angl. cap. 4. Sed Kenulphus Offa suc-  
cessor Edilhardum (quem & legatum Romanam misit) restituit. Ex-  
tant apud Continuatorum Bedae lib. 1. cap. 12. & 13. literae hac de re Ke-  
nulphi & Leonis II.

Quae oīa liquidē intelligi possunt ex epistolis Alcuini, quas Mal-  
mesbur. lib. 1. de gestis Reg. Angl. cap. 3. & lib. 1. de gestis Ponifici-  
Angl. citantur.

Domino sanctissimo atque omni honore dignissimo  
Ethelardo Archiepiscopo.

Lectis prosperitatis vestræ literis & prosperitate itine-  
ris vestri & reuersionis in patriam; & qualiter Apostolica be-  
nignitate suscepti fuisti, toto cordis affectu, animoq; latif-  
fimo gratias egit Domino Deo sempiterno, qui magno ele-  
menti dono viam vestræ peregrinationis prospero dire-  
xit inere, & dedit vobis gratiam in conspectu Patris Apo-  
stoli, & legationis effectu, & voti compotem redire con-  
cessit:

Oooo 2

cessit: